



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

9. Ut si Episcopus hoc explere nequiverit, suos vicarios dirigat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut si Episcopus hoc explere nequiverit, suos vicarios dirigat. *Ex eodem Concilio*

tit. VI.

IX. Quod si Episcopus aut languore detentus aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, Presbyteros probabilis vitæ aut Diaconos mittat, qui redditus basilicarum & reparationes & ministrantium vitam inquirant.

Concil. Tolet.
4. c. 36.
Burchard. lib.
1. c. 87.

Ut Episcopi suam diocesim visitent. *Ex Capitulis synodalibus Karoli Augusti.*

X. Ut Episcopi circumeant parochias sibi commissas, & ibi inquirendi studium habeant de incestu, de parricidiis, adulteriis, & aliis malis quæ contraria sunt Deo, & quæ Christiani devitare debent, & infra illorum parochias Ecclesiarum, quibus necesse est, emendandi curam habeant. Similiter tam nostras à nobis in beneficium datas quàm & aliorum summo studio provideant.

Vide lib. 5.
Capitular. c.
94. 109. &
365.
Vide to. 2.
Concilior.
Galliæ pag.
248. c. 32.

Ut Episcopus duos solidos tantùm accipiat cum suam parochiam circuit. *Ex Concilio Bracarensi tit. x.*

XI. Placuit ut nullus Episcoporum, cum suas dioceses visitat, præter honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud tollat per Ecclesias, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in Ecclesiis parochialibus requirat; sed tertia illa pars pro luminaribus Ecclesiæ vel reparatione serve-

10. q. 5. c. 1.